

LATINI Iuv J 6 6

D. IVNI IVVENALIS
SATVRAE

Edidit

J.R.C. MARTYN



ADOLF M. HAKKERT - PUBLISHER - AMSTERDAM

IVVENALIS

SATVRA VIII

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
 sanguine censerī, pictos ostendere vultus
 maiorum et stantes in curribus Aemilianos
 et Curios iam dimidios umerosque minorem
 Corvinum et Galbam auriculis nasoque carentem? 5
 quis fructus, generis tabula iactare capaci
 Corvinum posse ac multa contingere virga
 fumosos equitum cum dictatore magistros,
 si coram Lepidis male vivitur? effigies quo
 tot bellatorum, si luditur alea pernox 10
 ante Numantinos? si dormire incipis ortu
 luciferi, quo signa duces et castra movebant?
 cur Allobrogicis et magna gaudeat ara
 natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
 vanus et Euganea quantumvis mollior agna? 15
 si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
 squalentes traducit avos emptorque veneni
 frangenda miseram funestat imagine gentem?
 tota licet veteres exornent undique ceræ
 atria, nobilitas sola est atque unica virtus. 20
 Paulus vel Cossus vel Drusus moribus esto,
 hos ante effigies maiorum pone tuorum,
 praecedant ipsas illi te consule virgas.

Inscriptio: DE CLARITATE NATALIVM (vel NOBILIVM) sim. P G F²
 H A Z r T B θ additur TRACTAT Z AD PONTICVM H A θ DE NOBILI-
 TATE INSIPIENTIVM O om. Ω

2 pictosque E u² Valla¹ | vultus/currus Val || 4 umerosque P¹
 v. Courtney humeroque Dresd 155, cf. Housm. nasumque Ω || 5/6
 om. G¹, del. Hermann || 5 Corvinum P¹ Dresd 155 Laur 36¹
 Corvini Ω || 6-8 alterum exordium saturae esse coni.
 Paldamus, Leo; del. Jachmann, Kn.¹ Cl.; sic Courtney, sed v.
 Griffith || 6 om. U¹ cod. Vallae | tabulas P¹ || 7 praebent P
 G¹ c Colb h θ om. Ω, del. Juvencius | Corvinum P c Colb h
 Corvini G Fabricium θ Nomina tot Withofius Pontifices Housm.
 | posse ac Withofius, Housm. posthac P Colb θ post h(a)ec G c
 h || 8 Fumosos P¹ G¹ F Famosos Ω || 11 ortu P¹ G¹ 1 k² Σ
 ortus Ω || 12 movebunt U¹ u¹ || 15 eucanea P¹ S || 16 Sic A¹
 | attritis ... lumbus P¹ || 17 traducit P¹ S G¹ U A Val c h
 k traducat 1 producat G² r T B V K¹ q u² producit Ω || 18 om.
 U¹ | Frangendam P¹ F b¹ | funestet P¹ ut vid. G U² 1 || 19
 Tot P¹ | licet et F¹ || 21 Palus P¹ c¹ | es tu Hadr. Valesius
 || 22 effigies P¹ S effigiem k ||

K V B T D O I. r Val 2 1 A H E U C D

SATVRA VIII

prima mihi debes animi bona. sanctus haberi
 iustitiaeque tenax factis dictisque mereris? 25
 agnosco procerem. salve, Gaetulice, seu tu
 Silanus, quocumque alto de sanguine, rarus
 civis et egregius patriae contingis ovanti;
 exclamare libet populus quod clamat Osiri
 invento. quis enim generosum dixerit hunc qui 30
 indignus genere et praeclaro nomine tantum
 insignis? nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
 Aethiopem Cycnum, pravam extortamque puellam
 Europen; canibus pigris scabieque vetusta
 levibus et siccae lambentibus ora lucernae 35
 nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est
 quod fremat in terris violentius. ergo cavebis
 et metues ne tu sic Creticus aut Camerinus.
 His ego quem monui? tecum est mihi sermo, Rubelli
 Blande. tumes alto Drusorum stemmate, tamquam 40
 feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses,
 ut te conciperet quae sanguine fulget Iuli,
 non quae ventoso conducta sub aggere texit.
 'vos humiles' inquis 'vulgi pars ultima nostri,
 quorum nemo queat patriam monstrare parentis, 45
 ast ego Cecropides.' vivas et originis huius
 gaudia longa feras. tamen ima plebe Quiritem
 facundum invenies, solet hic defendere causas
 nobilis indocti; veniet de plebe togatus
 qui iuris nodos et legum aenigmata solvat. 50

24 mihi/tibi Hadr. Valesius || 27 Silanus P G Sillanus (vel
 Syl-) Ω | alto Richards allo codd. | rarus/natus Val² || 30
 hunc qui est L θ || 33 cycnum P¹ S F cygnus Ω | pravam P² Ω
 parvam P¹ ut vid. A Val L O p θ Valla¹ || 34 Europem Val k g
 v y Europam P¹ | caveque P¹ F (-iae-) || 36 si quis leo
 tigris Val || 37 fremat P G U F H Z Val r O θ Valla¹ fremit Ω
 || 38 sic t E ut vid., sicut coni. Lubinus ssi P¹ si Ricc 618
 sis P² Ω | et 1 || 39 ergo F¹ H Z u | quae P¹ U¹ 1² k² | mihi
 om. F I mi Z c¹ B¹ V¹ K¹ || 40 Ortus es ab F H u (es/et F,
 om. H) | stemmate P¹ G U F H A 1 Val r θ sanguine Ω || 42 Et
 u¹, sicut coni. Heinrich || 43 aere H² A 1² θ Valla¹ || 44
 inquit P¹ G U¹ F H¹ Z θ || 46 et 53 cicropides P² Z || 47
 quirite P² || 49 veni * P¹ venit et U² A θ | plebe P¹ S G¹ U
 A 1 Val r L θ Valla¹ gente Fris Ω pube Housm. cf. 254, 256 |
 togatus Scriverius togata codd. ||

IVVENALIS

hinc petit Euphraten iuvenis domitique Batavi
custodes aquilas, armis industrius; at tu
nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermae.
nullo quippe alio vincis discrimine quam quod
illi marmoreum caput est, tua vivit imago. 55
dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
quis generosa putet nisi fortia. nempe volucrem
sic laudamus equum, facili cui plurima palma
ferret et exsultat rauco victoria circo.
nobilis hic, quocumque venit de gramine, cuius 60
clara fuga ante alios et primus in aequore pulvis.
sed venale pecus Coryphaei posteritas et
Hirpini, si rara iugo victoria sedit.
nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
umbrarum; dominos pretiis mutare iubentur 65
exiguus, trito et ducunt epiredia collo
segnipede dignique molam versare nepotes.
ergo ut miremur te, non tua, primum aliquid da,
quod possim titulis incidere praeter honores
quos illi damus et dedimus, quibus omnia debes. 70
Haec satis ad iuvenem quem nobis fama superbum
tradit et inflatum plenumque Nerone propinquo.
rarus enim ferme sensus communis in illa
fortuna; sed te censeris laude tuorum,
Pontice, noluerim sic ut nihil ipse futurae 75
laudis agas. miserum est aliorum incumbere famae,
ne collapsa ruant subductis tecta columnis:
stratus humi palmas viduas desiderat ulmos.

51 Hinc G U r, sicut con. Weidner Hic Q | patavi A E || 53
nisi in ras. P sibi S || 54 vincit P¹ || 55 Illic Val | est
tua in ras. P tua om. G¹ || 57 putet P F H² A 1 Val L θ putat
Q vocat E | volucre P¹ S || 58 facile P² U facilis Prateus ||
59 paucos F H u || 61 pulvis/cuius P¹ A¹ (-uru-) k² cursus A²,
sicut scr. Scriverius || 62 coryphaei P¹ ut vid. G¹ U² Σ
coriphes Laur 29² cor****1 U¹ coryt(h)ae Q corinthe m y² z²
coryphaeae Heinrich || 63 Arpini Gud 4357 Harpinnae Farnabius
|| 66 trito et θ Housm. et trito P¹ C c h trito P² G U H² A 1
Z² Val r p θ Valla¹ tritoque Q | dicunt C ducent F trahunt E
| ephredia P S C eposedium Ullman || 67 nepotes P¹ C G U F
H¹ u nepotis Q || 68 primum Salmasius || 69 honorem
U || 70 ac/et A Valla¹ | dabimus Markland || 72 plerumque P¹
F H u || 75 sicut/sicut tu Z² h V, cf. 144 sic tu ut H² u¹ ||
78 humi/ubi C c | desideret G U F 1, sicut con. Beer
discinderet P² in marg., H u (-end-) ||

K V B T P O L rVal Z 1 A H F U G P

SATVRA VIII

esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
integer; ambiguae si quando citabere testis 80
incertaeque rei, Phalaris licet imperet ut sis
falsus et admoto dictet periuria tauro,
summum crede nefas animam praeferre pudori
et propter vitam vivendi perdere causas. 85
dignus morte perit, cenet licet ostrea centum
Gaurana et Cosmi toto mergatur aeno.
expectata diu tandem provincia cum te
rectorem accipiet, pone irae frena modumque,
pone et avaritiae, miserere inopum sociorum: 90
ossa vides rerum vacuis exsucta medullis.
respice quid moneant leges, quid curia mandet,
praemia quanta bonos maneant, quam fulmine iusto
et Capito et Tutor ruerint damnante senatu,
piratae Cilicum. sed quid damnatio confert? 95
praeconem, Chaerippe, tuis circumspecte pannis,
cum Pansa eripiat quidquid tibi Natta reliquit,
iamque tace: furor est post omnia perdere naulum.
non idem gemitus olim nec vulnus erat par
damnorum sociis florentibus et modo victis.
plena domus tunc omnis, et ingens stabat acervus 100
nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
et cum Parrhasii tabulis signisque Myronis
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycliti
multus ubique labor, rarae sine Mentore mensae.
inde Dolabella, hinc atque hinc Antonius, inde 105
sacrilegus Verres referebant navibus altis
occulta spolia et plures de pace triumphos.

79 tutor/auctor 1 || 80 ambigua est P¹ ambiguas U¹ || 81
phalaris A Z² Y | iubet Z || 84 vitam propter c h || 86
Gauranae F H u Gaurano Z¹ | cosmo P¹ S || 88 accipiat P C F A
c h || 90 videns Hadr. Valesius | rerum P¹ G U¹ F H¹ c¹ u¹
regum Q cf. Kn.² 303 | exucta Q exsiccata G¹ A c² k² ex(s)uta F
Val² Q² θ exusta P¹ L E Fris q θ exaucta G¹ y² exhausta 1
Valla¹, ex scholiis ut vid. || 91 moveant Valla² | mandat P A
|| 92 moneant U¹ A¹ u moveant H || 93 capite F H Z² u | tutor
P² Q I numitor P¹ S 1 k m² Mico θ, ex Aen. vi.768 || 96 om.
N¹ | planta F H u | nata P¹ G F H¹ 1 L O¹ θ | relinquit (vel
-id) P¹ Z¹ c h k¹ || 97 nauu P¹ || 98 nec Q neque P A 1 ||
101 concilia P¹ S choa Z Y || 103 polycliti P¹ G 1 policleti
Q || 104 Multos P¹ Multis B g V¹ | ubi G U¹ | rarae in ras. P
rare S Val raro A H² L² a c h || 105 dolabella est θ Valla¹,
Lubinus alique dolabellae Ruperti | <hinc> atque hinc
Weidner, recte, ut monstravi atque hinc Q (om. hinc Pal
1708¹) atque illinc d atque dehinc Lachmann atque hinc inde
Buecheler atque audax Kn.² 72 atque inhians Leo (sic
Courtney) ||

IVVENALIS

nunc sociis iuga pauca boum, grex parvus equarum,
et pater armenti capto eripietur agello,
ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum,
si quis in aedícula deus unicus (haec etenim sunt
pro summis, nam sunt haec maxima). despicias tu
forsitan imbelles Rhodios unctamque Corinthon,
despicias merito: quid resinata iuventus
cruraque totius facient tibi levia gentis?
horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis
Illyricumque latus; parce et messoribus illis
qui saturant urbem circo scaenoque vacantem
(quanta autem inde feres tam dirae praemia culpa,
cum tenues nuper Marius discinxerit Afros?).
curandum in primis ne magna iniuria fiat
fortibus et miseris. tollas licet omne quod usquam est
auri atque argenti, scutum gladiumque relinques
et iacula et galeam: spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui, non est sententia, verum est;
credite me vobis folium recitare Sibyllae.
si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen
nec per conventus et cuncta per oppida curvis
unguibus ire parat nummos raptura Celaeno,
tum licet a Pico numeres genus, altaque si te
nomina delectant omnem Titanida pugnam
inter maiores ipsumque Promethea ponas.
[de quocumque voles proavum tibi sumito libro.]
quod si praecipitem rapit ambitio atque libido,

109 eripietur P² Q eripientur G Val² ut vid. v¹ eripiatur
Val¹ eripiunt P¹ ut vid. eripiuntur c h || 110/111 inv. ord.
b s¹ || 110 Ipse P A | quid v² Y z¹ | signum est I || 111/112
del. Manso, Kn.¹, Cl., sed v. Högg || 111 haec retinentes
Courtney || 112 nam/iam Buecheler || 113 chorinto P¹ S G
corinthum A || 114 nam quid G U b v Valla¹ || 115 Victaque
vel totiens faciet F H Z u | totiens U¹ | libia P² H u lenia
A a g s || 116 ensis Val^a || 117 Illyricique Heinsius | istis
Z O || 118 circis B g V || 119-121 del. Jachmann, Kn.¹ || 120
discinxerat A || 122/123 inv. ord. m¹ || 122 tollas om. F H u
tollat P¹ | umquam P h || 123 scutum - 124 galeam del. Kn.¹ |
relinquens P^r H Z¹ q u relinquo S T¹ Y || 124 del. Lachmann,
Housm., Cl. sed v. Coffey | iaculum P¹ l r Y b || 121-124 v.
etiam Leo, Griffith || 125 verum est P G U F H l Z¹ u verum Q
| nostra Pinzger || 131 Tum Q Tunc r¹ p E v z Valla¹ Tu P¹ S
G U F u¹ || 132 delectent A¹ l K² y¹ || 133 ponas P^b A¹ l Val^r
l l Valla² poenas P^a C pones l Valla¹ pingas P² Q || 134/
135 in ras. K u || 134 del. Ribbeck, Kn.¹, Cl., recte || 135
si om. C | ambitio P¹ G l m v ambitus Q ||

SATVRA VIII

si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
delectant hebetes lasso lictore secures,
incipit ipsorum contra te stare parentum
nobilitas claramque facem praeferre pudendis.
omne animi vitium tanto conspectius in se
crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.
quo mihi te, solitum falsas signare tabellas,
in templis quae fecit avus statuamque parentis
ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter
tempora Santonico velas adoperta cucullo?
Praeter maiorum cineres atque ossa volucris
carpento rapitur pinguis Lateranus, et ipse,
ipse rotam adstringit sufflamine mulio consul;
nocte quidem, sed Luna videt, sed sidera testes
intendunt oculos. finitum tempus honoris
cum fuerit, clara Lateranus luce flagellum
sumet et occursum numquam trepidabit amici
iam senis ac virga prior adnuet, atque maniplos
solvet et infundet iumentis hordea lassis.
interea, dum lanatas robumque iuvenum
more Numae caedit, Iovis ante altaria iurat
solam Eponam et facies olida ad praesepia pictas.
sed cum pervigiles placet instaurare popinas,
obvius assiduo Syrophoenix udus amomo
currit, Idymaeae Syrophoenix incola portae,
hospitis adfectu dominum regemque salutat,
et cum venali Cyane succincta lagona.

136 frangit F H Z¹ u || 137 Delectent U¹ L q¹ z || 140/141
susp. Ribbeck || 140 tanta P¹ || 141 quantum F || 144 si tu F
H u, cf. 75 || 145 sanctonico C sardonio E K² pannonicum P² B²
V² u² Valla² cod. Vallae || 147 lateranus P¹ S G U¹ l¹ c¹ h
Corp. Gloss. Lat. v. 653.19 damasippus Q Σ ex 185 || 148
stringit U A Val l l Valla¹ | sufflamine mulio C G U Val¹
G.L.K. vi.231 sufflamine multo Val² Ang 764 Burn 192 Laur 33
Laur 40 Vallio 31 multo sufflamine P¹ in ras. Q mulio
sufflamine Z² k¹ ut vid. || 151 lateranus P¹ G U l¹ c¹ h
damasippus Q || 152 numquam P G U A l Val r¹ g v nusquam Q ||
153 innuet Val² s² Valla¹ om. A¹ || 154 infundet c. gl.
'sicut mulio' P || 155 robumque S C Σ rubumque G U ***
umque P¹ rursusque cod. Vallae probumque F H¹ u¹ torvumque
P² Q || 157 eponam P¹ G F H¹ O² u¹ Σ yponam sim. Q | facie
solida P¹ H Z facies solida G Val¹ L² facile solitam F
picta Z B V² || 158 serviles r¹ k (per-) || 159 post 160 Sang
871 | assyrio Pal 1708^r, sicut scr. Dorleans | syrophoenix -
160 idymaeae om. F, del. Hermann | unctus P¹ (unc- in ras.)
A¹ r L² B² c² V² Voss unus H u || 160 om. A¹ V¹, damn. Jahn |
Curret A² H² L l l idymaeae H l L² p c² u v Valla¹ || post
160 versum excidisse censuit Housm. || 161 adfectu, et
Helmbold | salutans Leo || 162 Et/Iam Helmbold cyan ** P¹ cyne
F H A u | lagona P¹ (lo-) l¹ c¹ laguna G U¹ lag(o)ena
peiorave Q ||

IVVENALIS

defensor culpa dicet mihi 'fecimus et nos
haec iuvenes.' esto: desisti nempe nec ultra
fovisti errorem. breve sit quod turpiter audes; 165
quaedam cum prima resecantur crimina barba.
indulge veniam pueris: Lateranus ad illos
thermarum calices inscriptaque lintea vadit
maturus bello Armeniae Syriaeque tuendis
amnis et Rheno atque Histro. praestare Neronem 170
securum valet haec aetas. mitte Ostia, Caesar,
mitte, sed in magna legatum quaere popina.
invenies aliquo cum percussore iacentem,
permixtum nautis et furibus ac fugitivis,
inter carnifices et fabros sandapilarum 175
et resupinati cessantia tympana galli.
aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli.
quid facias talem sortitus, Pontice, servum?
nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas. 180
at vos, Troiugenae, vobis ignoscitis, et quae
turpia cerdoni, Volesos Brutumque decebunt.
Quid si numquam adeo foedis adeoque pudendis
utimur exemplis, ut non peiora supersint?
consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti 185
sipario, clamor ageres ut Phasma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
iudice me dignus vera cruce. nec tamen ipsi
ignoscas populo; populi frons durior huius
qui sedet et spectat triscurria patriciorum, 190

163 dicet P² G (pi-) l T θ dicit P¹ ut vid. Ω || 166 resecan-
tur F H Z Val r T K Fris || 167 lateranus P¹ S G U θ Valla²
damasippus Ω Valla¹ cod. Vallae 'sive damasippus' Σ || 168
scriptaque P¹ A c h k || 170 rebus F H u || 171 hostia Z O Y
|| 174 et ... ac P C G U A l Val r¹ θ et ... aut k et ... et
h aut ... aut Ω || 179 facies r | pontice Ω Valla¹ regule G U
(-ae) Valla² || 181 An F Z O c h | troiuge P^a || 182 cerdonis
P¹ cerdonii S | volsos P¹ volusos Val r O | rutumque P
rutulumque G U, cf. Verg. Aen. xi. 463-4 brutosque Val Valla¹
| decabant Val¹ || 183 Quod P¹ S s² | adeo numquam l || 186,
Sipario P S Val Probus Vallae Sipario Ω || 187 vel...iam...ne
P¹ || 190 triscurria coni. Scaliger, alii alia ||

SATVRA VIII

planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant
quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
nec dubitant Celsi praetoris vendere ludis. 195
finge tamen gladios inde atque hinc pulpita poni:
quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, ut sit
zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
res haud mira tamen citharoedo principe mimus
nobilis. haec ultra quid erit nisi ludus? et illic 200
dedecus urbis habes, nec myrmillonis in armis
nec clipeo Gracchum pugnantem aut falce supina;
damnat enim tales habitus: movet ecce tridentem.
nec galea faciem abscondit, sed damnat et odit:
postquam vibrata pendentia retia dextra
nequiquam effudit, nudum ad spectacula vultum 205
erigit et tota fugit agnoscendus harena.
credamus, tunicae de faucibus aurea cum se
porrigat et longo iactetur spira galero.
ergo ignominiam graviolem pertulit omni
vulnere cum Graccho iussus pugnare secutor. 210
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
perditus ut dubitet Senecam praeferre Neroni?
cuius supplicio non debuit una parari
simia nec serpens unus nec culleus unus.
par Agamemnonidae crimen, sed causa facit rem 215
dissimilem: quippe ille deis auctoribus ultor
patris erat caesi media inter pocula, sed nec

191 audi l qui audit m | quis F Z¹ r O || 192 quantum Val |
funera: 'vel vulnera' superscr. P U A c q munera Dobree cf.
Griffith || 194 del. Rupert, Kn.¹ | celsi: 'proprium (nomen)'
adscr. P, cf. Stahl, Griffith | pr(a)etores F r u Voss || 195
hinc atque Z L O K¹ | poni P¹, sicut coni. Sterke pone Ω
ponunt H E u || 196 sic l Val r O p c g h u¹ Σ si P¹ Z¹ Ω ||
197 stupidis P^a C || 198 haud/aut P¹ S U¹ F A Z¹ | mimus P¹
(-imus in ras.) G U A² l¹ K² q u² Σ natus Ω | 'hic nos iam
deserit Probus' Valla || 199 et illinc H V¹ K¹ g s¹ u y¹ et
illuc F Z Val r¹ et illud I s² at illud Heinrich || 201 pug-
nantem aut P S G U A l r θ Valla¹ aut pugnantem Ω aut/et
Nisbet || 202 del. Rupert || in 203 movet... tridentem et in
202 sed...odit praebent codd., verba inter se mutari iussit
Housm., recte | sed damnat...abscondit del. Hermann, Kn.¹,
Cl. || 203 faciem P¹ G U A l¹ θ frontem Ω fontem F | sed P G
U A et Ω || 205 effundit P^a c¹ || 206 ad cognoscendus G || 208
longe Val θ | *** spira P cum spira l y¹ || 212 perferre P ||
213 Huius H¹ || 217 oscula A² l K² ||

IVVENALIS

Electrae iugulo se polluit aut Spartani
 sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
 miscuit, in scaena numquam cantavit Oresten,
 Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
 debuit ulcisci magis aut cum Vindice Galba,
 quod Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit?
 haec opera atque hae sunt generosi principis artes,
 gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu
 prostitui Graiaque apium meruisse coronae.
 maiorum effigies habeant insignia vocis:
 ante pedes Domiti longum tu pone Thyestae
 syrma vel Antigones seu personam Melanippes,
 et de marmoreo citharam suspende colosso.
 Quid, Catilina, tuis natalibus atque Cethegi
 inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos
 nocturna et flammis domibus templisque paratis,
 ut braccatorum pueri Senonumque minores,
 ausi quod liceat tunica punire molesta.
 sed vigilat consul vexillaque vestra coercet:
 hic novus Arpinas, ignobilis et modo Romae
 municipalis eques, galeatum ponit ubique
 praesidium attonitis et in omni monte laborat.
 tantum igitur muros intra toga contulit illi
 nominis ac tituli, quantum sibi Leucade, quantum
 Thessaliae campis Octavius abstulit udo
 caedibus assiduis gladio; sed Roma parentem,
 Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.
 Arpinas alius Volscorum in monte solebat
 poscere mercedes alieno lassus aratro;

220 oresten Weidner et Jones, sed v. Diggle orestes codd. ||
 221 virginus G U A T θ virgilius P¹ S F H¹ || 222 aut om. H
 u | cum om. l Z | iudice F H Z b u || 223 susp. Housm., del.
 Kn.¹ | Quod u², sicut scr. Peyrard Quid Ω || 224 hae sunt P^a
 G U² A l r θ Valla¹ haec sunt P^b U¹ Val g v illae sunt F L²
 u¹ illae Ω | artis Z¹ || 225 Gaudentes Prisc. G.L.K. ii.419 |
 cantu P¹ G U l Val¹ r θ Prisc. ibid. saltu Ω || 226 Praestitit
 hoc grande(at)que F H u | grataeque P¹ G U q || 229 antigonae
 P¹ Mico | seu l v y, sicut coni. Jahn tu P² Ω om. P¹ Mico aut
 Hermann | tu personam aut Housm. personam vel Buecheler |
 melanippes H¹ l r¹ (-al-) Val¹ (-elni-) menalippes Ω menalippis
 U a menalippi P¹ G¹ F H² u¹ Mico Σ || 231 om. F H Z¹ p u v |
 catillina P || 232 Inveniet** P¹ Inveniat F || 233. paratis P
 K² Val 2766 parastis Ω || 235 Autsi P¹ Pal 1703¹, unde Aussi
 Ribbeck | libeat Vat 2766 || 237 modo/bene G U || 239 attonitus
 P¹ | monte P¹ ut vid. S G F H l Z² h K² Σ mente U c gente Ω
 'legitur et pontibus propter Mulvium' Σ || 241 sibi Jahn non
 Ω in P¹ S G U Pal 1708² nec δ sub Conv 437 cf. Σ; nomen ut
 igni Robertson vel vi de Ruyt fort. legendum || 244 cf. Σ Lucan
 viii.732 | Romam P¹ S || 246 mercedem Z¹ | iussus P¹ H² A²
 b¹ v¹ ||

K V B T P O L r Val Z l A H F U G P

SATVRA VIII

nodosam post haec frangebat vertice vitem,
 si lentus pigra muniret castra dolabra.
 hic tamen et Cimbros et summa pericula rerum
 excipit et solus trepidantem protegit urbem.
 atque ideo, postquam ad Cimbros stragemque volabant
 qui numquam attigerant maiora cadavera corvi,
 nobilis ornatur lauro collega secunda.
 plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt
 nomina; pro totis legionibus hi tamen et pro
 omnibus auxiliis atque omni pube Latina
 sufficiunt dis infernis Terraeque parenti.
 [pluris enim Decii quam quae servantur ab illis.]
 ancilla natus trabeam et diadema Quirini
 et fasces meruit, regum ultimus ille bonorum;
 prodita laxabant portarum claustra tyrannis
 exulibus iuvenes ipsius consulis et quos
 magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
 quod miraretur cum Coclite Mucius et quae
 imperii fines Tiberinum virgo natavit.
 occulta ad patres produxit crimina servus,
 matronis lugendus; at illos verbera iustis
 adficiunt poenis et legum prima securis.
 Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
 Aeacidae similis Vulcaniaque arma capessas,
 quam te Thersitae similem producat Achilles.
 et tamen, ut longe repetas longeque revolvās
 nomen, ab infami gentem deducis asylo;
 maiorum primus, quisquis fuit ille, tuorum
 aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo.

251 Adque P¹ || 253 lauru P¹ G² F H u || 254 Plebei C |
 doctorum G | plebeie P S || 256 equae omni P¹ | pube P¹ S G U
 A H² l Val L² T θ Valla¹ plebe Ω || 258 del. Markland,
 Dobree, recte | enim/erant I | qui U² A l Val r² L² O² p θ
 Valla¹ | servatur O² p K¹ q, cf. Σ || 260 altissimus P¹ ||
 264 Cum F H u | choclite P codice O c Laur 6 cloclite Z ||
 266 Occulte P¹ ut vid. c | patrem P¹ | produxit P¹ Z² c K¹
 Valla¹ eduxit Ω Valla² seduxit F conduxit A a¹ s z || 267 ad
 P¹ G F H K¹ u | illis F H K¹ u || 270 Aiacydes u¹ | vulcania
 U F v z vulcanique P¹ l volcani G || 272 At u¹ || 273 asylo
 P¹ || 274 quisquis primus b Σ Lucan vii.438 | primusque
 tuorum Σ Lucan i.93 ||

K V B T P O L r Val Z l A H F U G P